



594
1835³
1848⁸

TIBERII
PRINCIPATUS
CONFIRMANDI
ARCANA.

Ex. 2. libr. Annal. Tacit. juncto Svetonio
desumpta.

&

Praefide Viro juvene Clariss. Dn.

M. CONRADO NEVVENFELDIO,
PHILOSOPHIÆ FACULTATIS, (QVÆ
AD ALBIM EST) ADJUNCTO
DIGNISSIMO.

à

LUCA DE LINDA, N.P.A.&R.

placido examini, concivium subjecta.

Ann. 1648. die XXI. August.



WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ typographica JOHANNIS HAKEN.



PRINCIPATUS

CONEFRMANDI

ARGANIA

M. CORRADO MELANTHEO

PROLOGORUM ELOCUTATIS CAV

AD VEN. ECO. A. MINICO

DIGENSIMO

LICET DE LINGUA PLASTA

PER TITULUM CONFERENDI

AD VEN. ECO. A. MINICO

DIGENSIMO

LICET DE LINGUA PLASTA

PER TITULUM CONFERENDI

AD VEN. ECO. A. MINICO

DIGENSIMO

LICET DE LINGUA PLASTA

PER TITULUM CONFERENDI

AD VEN. ECO. A. MINICO

DIGENSIMO

LICET DE LINGUA PLASTA

PER TITULUM CONFERENDI

AD VEN. ECO. A. MINICO

DIGENSIMO

LICET DE LINGUA PLASTA

PER TITULUM CONFERENDI

AD VEN. ECO. A. MINICO

DIGENSIMO



J. N. D. N. J. C.

Textus:

Tiberium Neronem , maturum annis , spectatum
bello , sed vetere atque insitâ Claudio familiâ superbiâ ;
multaq; in dictia sævitia , quanquam premantur erumpere .

Ubi Augustus proiecta jam secessute ægro fatigaretur, corpore, Romæ pars multo maxima imminentes dominos variis differebant rumoribus. Agrippam Augusti Nepotem, sponte quidem suâ ingenio fatis ferocem esse, (quæ mens est Böcleri diss. alii,) & ad asperiora promptum, sed ignominia exilij, de autoritate dejectum magisque effteratum: Quapropter timenda sub Tyranno misera vita. Quid quod, tantæ moli imparem esse, & tatis, & experientiæ habilioris usu carentem. Tiberium quidem aptiorem Imperio fore, & ætate justâ & experientia ferum satis conspicuum, (natus n. annos 56. Dion. 57. cum Imperio potiretur) Imperioq; militari praefectum, magna sui experimenta exhibuisse, verum veteris Claudiæ familiae, assertoris indefessa patriciæ dignitatis (quâ paterno & materno gene. remissus erat) superbiam alte in animo fixisse. Adhuc crudellem esse, à primisque cunabulis in domo regnatrice educatum, Rhodi specie secessus, nihil aliud quam iram meditatum. Accedere matrera mulierib[us] impotentia, &c. Tot inter votorum certamina Augusto adhuc superstite, successores Imperij in ore hominum erant, ubi autem Augustus esset desit, Tiberius matris Livie arze, summam occupat rei Romanæ. De quo noster porro:

Utcunque se eares habuit, vix dum ingressus Illyricum
Tiberius properis matris litteris accitur. Neq; satis com-
pertum est, spirantem adhuc Augustum apud Urbem No-
lam, an exanimem repererit, acribus namque custodii
domum & vias se perferat Liviā.

Ex mandato Augusti Tiberius in Illyricum concesserat, & ab ipso Augusto comitatus est in Beneventum usq; jam nimum, virium maturitate deflectente. Nolæ itaque ex ægra valetudine decubuit, ubi Livia litteras quæ poterat celeritate ad Tiberium mittit, citissimeque revocat. Tiberius expectato maturius se recipit, utrum a. vivum invenerit Augustum, in ambiguo noster ponit. Alijs pro affirmativa stantibus. Probabile autem non videtur, non dum denatum fuisse Augustum. Ex tribus potissimum elici potest potius contrarium. I. Quod acribus vigilis domum & vias seplerat Livia, 2. quod Lætius undiq; nuntij, quasi valetudo in melius ire in publicum dabant 3. quod tamidu in occulto cuncta servaret, donec circumspetis omnibus quæ ad securitatem successionis pertinerent, & Augusti vitæ finis, principium indubitate Principatus Tiberio esset. Q. hic quare se Livia in occultanda Augusti morte tam enixè occupavit, cum neminem lateteret Tiberium in spem successionis jam dudum lectum fuisse, cui ratione ætatis nemo quoque præferri poterat. II. cum nostro alibi: nimirum, Tiberium sollicitum fuisse, ne Germanicus, in cuius manibus tot Legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor (tria certe magni momenti obstacula) habere Imperium quæ expectare mallet. Hoc quoq; addact⁹ est Tiberi⁹ ut literas tanquā adepto principatu ad exercitum daret, ut quasi publica auctoritate in Cæsarem Lectus, reliquis spem potundi Imperij amputaret.

I.
Arcanum
absoluti
Principatus
capes sen-
di firman-
dig celata
mors prin-
cipis.
Tacit. 12.
Ann.
Jufit. 30. 2.

Ad hoc negotium, aptissimas plerumque fuisse foeminas, scientius ex auctoriibus paterat. Ita Agrippina in morte Claudi omnes aditus fertur custodijs clausisse, crebroque in vulgus vulgaris, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe agearet. Hic quoque Livia bene suo defuncta officio Tanaquili extincto Tarquinio prisco nihil concedens. Ita in exitu Ptolomæi se quoque in his curis foeminae occuparunt. Finem ipse aut. indicat, Donec providerentur quæ tempus monebat & infra clarius, dum res firmando successori Imperio componantur. Memorabile quoq; hic occurrit exéplū Merobaudis, qui ne Gallici milites in seditionē prolaberetur, presa Principis morte Sebastianū militari favore

favore conspicuū, & eo maximē tunc cavedū, longius amādavit, o-
cypus v. Valētinianū Valentiniani filiū, in lecticā colloans ad castra
deduxit, elapsis 6. post obitū dieb. fusius res patet apud reliquos,
ut Gratian. Annal. Hungar. Ubbon. & alibi. Hic operæ pretium
erit notasse famam, & auditio[n]es de morte principum supra fidem
celerrimas, quæ interdum mortem illorum antecellerunt, ut ex
multis pauca feligamus. Antequam magnus Tyrannus ultima in
Gallia vidisset, Romæ in maximo circa populus, quasi quodā percipi-
tus furore, incondito clamore verba edidit hæc *Sylvanus devictus est.*

Hispaniarū Regis mors in Gallia nunciata prius, quam inse-
cuta, Elizabetha quoq[ue] Anglia quo die ex morbo decubuit, eo ac-
quievisse, in Galliā dicta est. Ipse Gedani ex Clarissimis viris a-
liquoties audivi Gustavū Regem Suecorum, famā mortis, ante obi-
tum, apud multos innotuisse. Adeo hīc verè princeps poëtarū ceci-
rit.

Fama malum quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate, viget, viresque acquirit eundo
Parva metu primo, mox sese attollit in auras
Ingreditarque solo & caput in nubila condit.

Primum facinus novi principatus fuit Postumi Agrip-
pæ cædes, quem ignarum inermemque, quamvis firmato
animo Ceturio ægrè confecit. Nihil de ea re Tiberius apud
senatum disseruit, &c.

Verissimè noster alibi dixit: Nemo unquam Imperium flagi-
tio quæstum, bonis artibus exercuit. Tiberius hic suo nobis lu-
cet exemplo, qui artibus & technis matris adeptum imperium à
flagitio inchoat, Agrippam, veram Augusti sanguinem contra-
grati animi officia necando. Minister quidem sceleris non idem
est Svetonio, ille vult Tribunum militum custodem, noster verè
Centurionem; verum conciliari posunt istæ opinione[n]es ex ipso
Tacito, qui initio Agrippam à Centurione conjectauit, postea ad
Tribunum codicillos cædis missos dicit; Eruditæ igitur concludit
Cl. Boclerus nimis ad Tribunum missa mandata cædis, sed à
centurione, su Tribuni perfectam cædem. Mandatum autem

A 3

No-

*Ammiar.
Maral.*

*Anna
Marcelle-
xo hisp. a.
C.1598.*

*lib. 4. E-
neid.
4. Eneid.*

Dion. 57. Nolaz necis datum igitur centurio inermem licet Agrippam tamen subacto corporis robore pollentem ferocemque morte adscit. Egregio autem hic uritus artificio, in occultando & a se tollendo flagitio Tiberius. Primo enim nihil apud senatum de ea re resert, ne vel excusando, vel referendo, se apud audientes suspectum facinoris reddat. Qui tacet ignorat. 2. In vulgus spargit. (Clariss. Boel, interprete) centurionem ab Augusto in mandatis accepisse uti neci daret. Agrippam nihil itaque sibi cum cæde negotij. Hic notandum de codicillis, Svetonium in lib. 22, eos in dubium vocare, Augustusne moriens scriperit quo materiam tumultus post obitum suum tolleret, an nomine Augusti Livia, ignaro Tiberio vel conscientia, diestari. 3. Excusat mandata, ubi nunciat Centurio peractum, quod mandasset. Quid refers illi, te perfecisse, à quo tibi nihil imperatum: intrivisti, excede. Demum tacita quadam misericordia defuncti tangitur, dum judicij sceleris autorem postulat nim. reddendam ipsi apud senatum facti rationem. Sic alios nostris oneramus delictis.

Arcanum Principatus, Cæder eorum, quisipem Imperij vel jure, vel meritis habebet. Lib. 2.c.5. sub fin.

Hoc flagitiosū dominationis arcum præter Agrippam etiam Silanus expertus est, cuius exemplum adducit nosfer. 3. A. Huie secum ut ut contento, & nihil molienti, tamen quoniam dignus Imperio videbatur, nec inferior Nobilitate, ultro vita erexit. Præst Par'i verborum gravitate id expressit superiorum auctor. Prima, inquit, novo Principatu (Neron. sc.) mors junii Silani pro consulis Asiae ignaro Neronæ per dolum Agrippinæ paratur. In hac arte exelluit Lucius Tarquinius, ex præcepto patris priores Gabiorum conficiens, alios criminando apud populum, alios suā invidia morti maturos, palam multos, clam eos, ex quorum interitu speciosa criminatio timenda erat. Nec ignarus ejus fuit Alexander Pontif. 6, sub cuius numero semper perdita Roma fuit, cōcludens in concilio scelesto ab immanitate dicto, ut omnes Reguli, qui Imperium ejus agnoscerent, ad unum omnes necarentur. Idem suis purpuratis vinum veneno infectū ad monte in Vaticano, bibendum exhibuit, sed ministri, incuria ipse consular malus, cū ijs ex malo periret consilio. Legere quoque est ap. Bodinum, Imperatores Græcorum & Turcarum supplicijs ac cædibus Regium sapientia.

sepissimè maculasse , ut sublatis è medio spe dominatus gaudentibus , tutius faciliusque occupare possent Imperia . Notatu etiam dignum Philip Comin , memorie reliquit in Anglia annis non 3. His.
amplius XXXVI. 80. Regis Gentis Principes mutuis cladibus si-
bi excidium facēde peperisse . Reges pariter Castiliae , ejusdem
flagitij seos fuisse . Supra Bodin , in cirat. refert . Regem dictæ gen-
tis sex fratres crudeli parricidio sustulisse . Moveat hīc aliquis :
Si igitur tantum Imperantibus imminet periculum ab ijs , qui simul
consequendi Principatus spem & jus habent , & hac arte Tiberianā
uti nefas est , qua igitur ratione tutum fixumque Imperanti stabit
Imperium ? R. Alia eaq; tutiora , capi posse remedia ,
ut documento erunt exempla . Scil. curā impensiori in illos a-
nimadvertisendum est , omnisque ipsi ansa præscindenda , tran-
quillatas resturbandi . Laudabilis hoc nomine Seleucus Rex A-
sia venit . Qui captum Demetrium Poliorcetem , belli gloria
inclusum , nec liberum abire , nec occidi passus est , alterum Im-
pietatis erga sacerorum , alterum imprudentiæ autumans . Hugo
Capetus Carolum , in Urbe Laoduni , post obsidionem diutinam
Pontificis Laodunensis , perfidia captum , in Aureliorum arcet-
nuit , ne principatus à proximi parricidio principium sumere .
Paulo crudelius Henricus primus Anglorum se hic exhibuit Ro-
bertum fratrem vindictam , & annis superiorem , oculis erutis æter-
nis mancipans carceribus . Nec non Christiernus Friderici Da-
nia Regis pater , dum cum quem Regno exuerat , postlimino au-
tem redeuntem in carcere Caleburgi concludens , qui , ubi
XXV. annos expleverat , vitali liberatus est carcere . Non mul-
tum ab hoc recedit Johannes Suesorum , fratrem Henricum à po-
pulo rejectum , ne le quoque in publicum daret detrimentum , ju-
ris mansionibus malis , custodivit . Elizabetha Anglorum ,
Mariam Scotorum Reginam , cui jure deberi universum totius
Insulae Principatum Scotti volunt diurna custodia legitur servat .
Hic non obstat illud Proloxi posthumii Ägyptiorum , cum
Pompejum post pugnam Pharsalicam necasset : mortui non mor-
dant . Securitas enim non flagitio sed prudentia quærenda est .

Nam

XXX.

in his.
Angl.



Nam Tiberius cuncta per Consules incipiebat, tanquam
vetere Republica.

Duplicem hujus loci sensum nota. Cl. Bocler. Primus
est & hujus loci maxime proprius, Tiberium insirmando sibi Im-
perio simulacra pristinæ libertatis populo Romano præbuuisse,
cuncta per Consules incipiendo, ne illorum autoritati quicquā de-
cederet. Alter: Consules Senatum Romanum Tiberio adulato-
res fuisse, dum quicquid veller; in id omnes consentirent. Po-
tius a prior verborū sensus tenendus qui schemata illa libertatis
Tiberiana declarat, quod etiam altius indigit noster verbo inci-
piendi.

Arcanum Illam in Tiberio artem Sveton. lib. 30. eleganter notavit.
in conver- Quin etiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis Se-
tere Rerū natui ac Magistribus, & Majestate pristinâ & potestate. Ita post
pub. statu expulso Româ Reges, quoniā sacra quedam ab ipsis originem
& novo suam traxere, sicuti in hoc Tiberium Romani, sacrificium Regem
firmando instituerunt. Simile fecit Augustus eadem Magistratum voca-
vetera si- bula relinquens, LL, autem & ipsa Senatus munia occupavit.
mulacra Iusque deq; titulorum habita ratione, contentus vulgari Principis
exhibere. appellatione. Similiter Romani Latinis sub foederis nomine im-
perarunt Philippus Rex Maced. redacta in suam potestatem Gra-
Just. lib. 9. ciâ, non Regem se Graciâ, sed ducem appellari jussit. Alexan-
dro ex vivis sublato Macedoniæ Principes nomen non prius al-
fumserant Regum, quām extincta tota stirpe Alexandri. Gro-
ningani simili prætextu magnam quandam Frisiæ partē Imperio
suo subjecerunt Carolus Martellus cum Francia Regnum in pos-
sessionem accepisset, Regios aversatus est titulos solâ principis No-
bilitatis appellatione contentus qua arte filio servavit Regnum.
Ulbo Em- Carolus V. Florentia Reipub. formâ immitatâ, specioso liberta-
mius tis nomine reliquo, eandem unius adjectit Imperio. Similem in mo-
XXXI. dum julianus Medices, ut habet Jovius in vita Leonis X. ex tanto
temporum locorumque intervalllo reductus in Rempub. florenti-
Hist. fris. nam, domini & magnifici nomen repudiavit, nec quidem Medi-
Paul. AE- cæsas intravit ades, seque Civem omnium æqualem professus est.
mil.

Præ-

Præstat itaque hic Imperialis potestas secura, quam nomen Imperatoris periculum expositum teste Dionys. Recte reprehendit Curt. lib. 4. Alex. M. Jovis filium se appellari mandantem mitterenda ergo

Verba chartis odiosa superbis

Verba Edicti fuere pauca, & sensu permodesto neque
a corpore &c.

Hæc brevitate atq; modestia suspicionem omnem flagitosæ potestatis declinare vult Tiberius, dñi & alibi in convocando Senatu novos respuit titulos, ubi noster ita de eo. Quippe ne illud editum quidem, sive scriptum, quo Senatores in curiam vocabat aliquo potestatis principalis titulo proposuit. Hic varia criticorum de verborum sensu est opinio. An verba intelligenda sint de corpore Reipub, an corpore Augusti defuncti, verum hanc controversiam nostram non facimus, remittendo Studiosam juventutem ad ipsorum autorum certantes rationes invicem. Egregie dixit Plinius in paneg. Videat Princeps ne LL. fundata Civitas Novissimæ LLervertatur: hoc monitus si unquam alibi, in novo certe principatu Novi eu sua vi nondum satis nixo obtinet. Nam obtinet illud, Corne Principa' lij 10. Ann. Corruptissima Respubl. plurimz. LL. Magnum certe 19:edicto ex illis periculoso infirmæ dominationi instare solet. Sibi itaque rum paucus in parte prospicit Tib. prudenter præcavendo ne Principium citas cum principatus multitudine laboret LL. Non erimus jam prolixi in sensu modesto. evolutione exemplorum, cū ubiq; satis superq; pateant potius testimoniæ pertexemus incepsam.

Litteras ad exercitum tanquam adepto principatu missit, nunquam cunctabundus, nisi cum in Senatu loquenter.

Nolâ, illas missas esse Dion. 57. affirmat. Creatum se ex omnibus mortalibus, placuisseque, qui Deorum vice fungetur interris. Non fore jam in ambiguo rem Romanam, adesse, cuius fide stabit. Non artibus & technis muliebris, sed fato dari Principatus, frustraque tentari facinus vel potiundi spe, vel amitendi metu. Non apponit autem Imperatoris nomen, ex sibi inna-

innatis dubiæ mentis latebris, Specialius 3. à nostro subiectum
causæ, cur quasi adepto. Dominio litteras miserit, nec dum apposito
nomine Imperat. Imo, quod Germanico tot Legiones essent, z.
Immensa sociorum auxilia. 3. minus apud populum favor. Rati-
ones quare misit, duæ potissimum. 1. Ut electus potius à Repub,
videretur, quām per uxorium ambitum 2. ut explorare posset, ex-
ercitus & reliquorum erga se animos.

*Arcanum
Princip.
nibil corū
omittere
qua perti-
nent ad
occupan-
dam ma-
tutè sum-
mam po-
testatem
maximè,
ubi multa
emergunt
pericula.
Germani-
cus.*

57.

2. Ann. 26.

Hoc valde Tiberium observasse, superius monuimus, non
ignarum, quantis involveretur, periculis, Præsto n. erat sedicio
Clementis, Libonis exercituum furores, recusantium novum
Principem summam verò Imperij Germanico obtudientium, ut
notat Suet. Tiber. 25. Hoc itaque commotus valde Tiberius fuic.,
&, licet probata fidei & pietatis erga Principem satis amplum aliis
esset exemplum, non excidit tamen suspicione apud Tiberium, ex
suo ingenio alios judicantem. Nam quia Tiberio in more erat
positum alia dicere, & alia facere, & Germanicum ejusdem fati-
nae judicabat Dion. teste. Cum cura notavit Sueton. dict. loco
ejus techias quibus sensim ac sine sensu sibi quasi aliud agendo fir-
mat domini. Inter alia fuit simulata valetudo, ut æquiore a-
nimō Germanicus celerem successionem vel societatem Imperij
operiri posset. Multis quoq; Germanici Uxorem litteris salu-
tavit, simulatae benevolentiae testibus, ut solum, mariti impe-
randi cupiditatem, in suspenso haberet. Inde tempore subse-
quente cum variè se res darent augereturque Germanici bellica
gloria, Tiberius vero stabilem firmumq; in Imperio pedem loca-
set, ut solus quæ haberet possideret, novis insidiis locum aperit,
novæ gloriæ, novæque & incluta famæ, virum subrahendo & ad
pristina flagitia animum revocando, donec eo ventum esset, ut, à
quibus maximè timendum erat, illis necessitas timere suaderet.

Sed defuncto Augusto, signum prætorijs cohortibus, ut
Imperator dederat, excubiaæ arma cætera aulaæ. &c.

Augusto defuncto, prætorijs cohortibus signum sive tesseram,
uti more militia receptum erat dedit: præter hæc verò, excubias
quoq; Principis ut & stationem militum, armataque satellitias;
Præprimis autem non neglexit usum militaris custodiæ ab Augu-
sto in custo-

sto in custodiem propriam institutæ sine hac nec forum salutabat,
nec in curiam conscendebat.

Hæc & similia, nihil aliud præferunt notant Clap. 6. i 6. quam
simulacrum Imperii. Unde illud Germanici primane, an vice-
sima Legiones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorum so-
cia tot præmijs aucta. Accedit exemplum Q. Fabij, cui missio
ad Carthaginenses Legato, cum due tesserae posita essent una pa-
cis, altera belli, relictumque arbitrio ejus utrum vellet deferre, u-
tramq; luslulit, agens Carthaginenses petere utram mallent acci-
pere. Erat autem tessera tabella, in qua Imperator symbolum
scribebat

Dat tessera signum
Excubis positaq; vices.

Addebat Messala Valerius revocandum per annos sacra-
mentum in nomen, Tiberij.

Falsi sunt illi, qui putant, jurare in verba alterius gladiato-
rum & lanistarum esse mutuam obligationem, & hic Tacitum ad
infimum genus servitutiis respicere. Potius vero notatur hic lo-
ci juramentum novis Principibus præstatum, ad quod exhibendā
Tiberio, spontaneam Consulum, Patrum & cæterorum fuisse
promptitudinem, qui non ire sed ruere in servitutis jugum ama-
bant. Atque hos præcedentes sequuti sunt reliqui quibus liber-
tas fuit inæstimabilis. Primo enim Praetorianum cohortium Præ-
fectus Strato Sejus se sacramento obstrinxit, tum Annonæ Præ-
fetus Caius Turcunius, hos sequuti Senatores & milites cum prato-
riani, tum Urbani. Pro arte sua hic agit Tiberius, juramentum
in presentia sua sibi præstari, non permittens, sed, ut dicit Tacit, a-
pud Consules. (omnes apud Consules juravere) scilicet, ultro ca-
vere volebat, ne apud se deposito juramento, jam sibi Imperium
cessisse palam fieret, è multis difficultatibus laborans, quæ supe-
rius tactæ sunt.

In hoc decus Majestatis, & fides securitatis suum cardina-
lem obtinent locum, ut optimo jure dici queat cum Herodian.
σεμνὸν μυστήριον, Romani Imperij mysterium. Hoc autem,
quale sit brevibus constabit. Primo quidem in defuncti Principis

Arcanum
firmati
Principa-
tus signa-
dare mili-
tib⁹ aqui-
las corri-
pere, Et a-
lio trans-
ferre.

Juramen-
tum inter
arcana.
Novi
Principa-
cipatus.
lib. 8.

acta jurabant, ortumque à triumviris habet illa solennitas, qui ad
Ea Julij Cæsar is juramento approbarunt; postea in verba nomen-
que Principis; quæ tamen formula loquendi notante Cl. Boclero
nullius fuit differentia tempore Augusti & Tiberij Postremum
sociata est hujus sacramenti Religio modo sequentis: omnes se juramen-
ti fide damnabant, se acta Principum, & quæ fecissent, & quæ
in actum deducturi essent, fixa rataque habituros, præprimis
Julij & Augusti iteratis eorum nominibus, & hoc non sine ratione,
cum his quilibet originem Monarchici status deberet. Hoc erat
in acta jure. Contenta autem juramenti erant: se in fide
obsequioque Principum æternum perduratuos salutemque ejus-
dem propriâ vi impigre æternum defensuros. In hac promissa te-
stem vocabant DEum, vindicem non servaturis fidem, remunera-
torem, Religionem sanctè habituris. Notari autem præprimis
debet, non tantum in principio adepti Imperij, sed etiam in me-
dio hunc valuisse, morem juramenti, imo quotannis ne cum ijs
qui vitâ decesserant, & Religio sanctè obsequio pariter decessisse
videretur, ut apud antiquitatum scriptores fuisus videre est præser-
tim Petrum Fabri in comment. Semest. de Magistratu Rom. De
formulis execrationum non tractabimus impræsentiarum, notaſſe
tantum sufficiet, non easdem semper usu obtinuisse formulas
sed altioribus temporibus, varie augmenta sumiſſe. Atque hoc
illud est mysterium quod monarchijs Romanis, fixum & immuta-
bile fundavit fundamentum, cū subditorum indissolubili fide.

Versæ inde ad Tiberium preces, & ille diserebat de
Magnitudine Imperij sua modestiâ, solam divi Augusti
mentem tantæ molis capacem, se in partem curarum ab
illo vocatam, experiundo didicisse, quam arduum, quam-
que subjectum fortunæ, regendi cuncta, onus.

Apprimè Accismus Tiberij hic notandus occurrit, dum id,
quod ante ardentissimis expetiverat votis, recusat vehementius.
Causas si quis postulat, nimirum salutem Tacitum, in supra me-
moratis. Prima fuit securitatis studium altera autoritatis cura. 3.
Tyrannidis calliditatem spectat, 4. Ingenium Tiberij omnia dif-
fimu-

simulans, suaque consilia technis involvens. §. Promptitudo of-
ferentium, ut quo magis ex modestia oblatum excuset, eo ma-
gis ad offerendum invitet. Si ubi alias, in hoc ultimo vestigia Au-
gusti Tiberius legit. Ille cum dissimulasset Imperium, fecit ut Ro-
mani magis magisque accéderentur ad confirmandum ipsi Princi-
patum. Chamæcontis nostri variam mutationem egregie sub o-
culos ponit inter alios Sueton. lib. 24. Principatum quamvis neq;
occupare confectum, neq; agere dubitasset, & statione militum,
hoc est, vi & specie dominationis assumtâ, diu tamen recusavit im-
pudentissimo animo, nunc adhortantes amicos increpans, ut i-
gnaros, quanta bellua esset Imperium, nunc precentem Senatum,
& procumbentem sibi ad genua ambiguus responsis & callida cun-
natiōne suspendens, &c. Q. quare tam sollicitis simulationibus
se involvit Tiberius, tamq; lente approbat occupandum, quod
summa cum celeritate paravit? Privato hōc ejus consilio, tribu-
unt Cl. Virorum sententia, quibusdam etiam ad hæc consci-
entiam postulantibus. Ex consilio ejus fuit, fore ut hac ratione
suo Principatu firmum acquirat robur, si reluctanti obtrudatur
Imperium. Hoc pedissequo effectu: Romanis deinde omnes
eruptum iri occasionem palam vel tacite, de illius administratione
cōquerendi, nec Principē ulla ratione obstringi posse, ad præstanta
postulata. Naturæ ejus merito quoq; pars tribui debet; nam cum
in ambiguam incidisset sententiam, animiq; hæret, nunquam se
cito expedire potuit, in semel firmando proposito, verūm circa
prærupta hærens, sibi ipsi diffidens maleq; conscientis, tristes & in-
faustos timebat actionum suarum eventus, calculo suo id ipsum
approbante Suetonio. Nam ut Imperium adiret, & patris patriæ Tib. 26.
appellationem susciperet, neve in verba sua quis juraret obstinatissimè
recusavit, ne mox maiore de decoro impar tantis honoribus ha-
beretur.

Non abludebat hac in parte ab ingenio Tiberij Licinius Sex-
tiusq; de quo Liv. lib. 6. Licinius Sextiusque cum Tribunorum ple-
bis creandorum indicta comitia essent, ita se gesse, ut negando
omnia, sibi velle continuari honorem, accenderent ad id, quod
dissimulando petebant plebem. Ille annis proptere Ottoni quoque

Mysteriū
Principa-
tus firmā-
di Imperi-
um instā-
tiū oblatū

*simulando
recusare,
& quæ
obtrusum
invitè su-
scipere.*

Imperator placuit, qui quasi raptus de publico & suscipere Imperium vi coactus, gesturusque communi omnium arbitrio palatiū petijt. Bene Arbitr̄:

Nolo quod cupio statim tenere.
Nec victoria mihi placet parata.

Impedit autem difficultatis accismum illum esse, si erumpit & palam sit ex Blæsi exemplo à nostro notato liqueat. Nam cum legeretur Proconsul Africæ, respondit specie recusantis, sed neq; eodem consensu. Melius in hac arte doctus fuit Tiberius, qui etiam in rebus quas non occuleret, seu natura seu assverudine suspensa semper & obscura verba proferebat, tunc vero nitenti ut sensus penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicabatur. Igitur ex hoc ipsius semper intricato verborum sensu factum, ut SCta in decimum usque diem, an forte se explicaret Tiberius, suspenderentur, sed nec Senatui libertas ad pœnitendum erat, neque Tiberius interjectu temporis mitigabatur. Hoc autem naturæ vitium fuit. Dione teste, ipsius mores prolixius recensente. Illum scil. verbis usum à mente & intentione sua alienissimis, negasse quod voluisse, interdum quæ nollet, anxie desiderasse, ubi

*Arcan. P.
ambiguis
& obfcu-
ris respon-
dere ver-
bis, ad il-
la quæ ali-
erum cō-
moda spe-
stant.*

Hoc Tiberiano quid in aulis frequentius? non raro equidem accedit, ut Legatis exterorum cereæ & in omnem partem flexibiles exhibeantur responsiones; unde cum ex dubio orto, ad suorum verborum interpres, iterum deveniunt, Heliotropiū imitantur, quod solē, quaqua versu se flectit, sequitur. Non a. in totū hic in volucra verborū cū Lipsio ad r. pol. io. damnamq; cuij; verba hæc: Sed et si interdum, ambigua a. involuta haud damnamq; quia his opus, inter ex ploratores & callidos, qui sæpe legationis aut alia specie accedunt. Atvero gravis illa verborum structura quæ modum tenet inter diffusum illum sermonis fluxum, & acerbæ cervicis involuera, decet maximè quemlibet. Hac ratione laudandus est Alex. ap. Curt. 7. 9. Qui ad prolixā Legatorum orationem ita resp. se fortunā & consilijs suorum usurum, nam & fortunam cui fidat & consilium suadentium, ne quid temere aut audacter faciat sequiturum. Inter æmulos quoque & mutuo sibi imminentes, sed non scien-

scienter, fraudis hoc commentum locum habere pariter solet.
Exemplum habemus in Tacit. 3. Hist. c. 52. Muciani & reliquorum
Quem ille tam celeri victoriâ, ducum reliquorum anxius, ne
præfens Urbe potiretur, expertem se bellicæ gloria ratus, ad prius
Varum litteras dat, instandum coepitis, at rursus cunctationis uti-
litates edifferens, atq[ue] ita compositus ut ex eventu rerum aduersa
abnueret & prospera agnoscere.

Ille moderandos sceminarum honores dictitans, eadem
que se temperantia usurum in his quæ sibi tribuerentur.

Adulatores in Aula Tiberij, non tantum ipsum varijs sub-
missi obsequijs honoribus, sed etiam Liviam matrem ejus profe-
gunti sunt & certantes inventione eximiorum titulorum
alij illam parentem, alij matrem Patriæ salutabanc. Horum
autem impatiens Tiberius, timens ne sibi æquaretur, fuit, qvod
detrimentsum Imperatoriaz autoritatum futurum arbitratus. Elegâ-
tigravitate id ipsum explicat Tacitus, quantaque in dignatio Ti-
berio fuerit, verbo, muliebre, satis denotat. Ceterum anxius
invidia, & muliebre fastigium in diminutionem sui accipiens.
Magis autem res ipsa illam exprimit, dum ipsi nec licetorem quidē
decerni passus est, neque adoptionis aram. Aram (ut Criticos in
medio linquamus) cum Lipsio interpretamur adoptionem Liviae
in familiam juliam nomenque Augustæ, quod volebant Patres
Romani. Frequentati motis exemplum legitur apud nostrum 3.
Annal. 118. 3. 27. Huic adulacioni occasionem dedit testamentu-
D. Augusti publice lectum cum de ejus ageretur supremis.

Suet. Lib.

so.

Noviss.

mum.

Principa-

tus: sum-

ma hono-

rum prin-

cipi tantu

reservan-

da; semi-

narumq[ue]

temperan-

tiæ. Hoc nomine notatur à Procopio Theodora in Arcana hist.

di honorū

quod tituli.

quod nihil tantum verita sit, suis pedibus ab viris Illustribus oscula figi, cum antea adoratio Augustae in more non esset, verum etiam Persarum aliorumque Legatos præter memoriam ad lautia admisit, ac si summa rei Romanorum ipsam adoraret. Quin & toti Senatu

delegatissimorum. sic deinde etiam magistra ad omne servitium, & indecora obsequia erat. A nemine autem melius, ille honorum prutitus quam ipso Principe cancellis includi potest. Ele-
paneg. 8. ganter laudat Plinius in Trajanii aula ipsum Traj. Ex hoc potissimum nomine, dicens: Uxor tua, quam nihil sibi ex tua fortuna, nisi gaudium vindicatur: eadem quam modica cultu, quam parca comitatu, quam civilis incessu, mariti hoc opus, qui ita imbuimus, ita instituit, nam Uxori sufficit obsequij gloria. Sub hac vero modestia virtu quantam debet verecundiam uxoris marito, feminam sibi. Artes autem hic adhibendae: Tacit. 13. Ann. 5. 3. Specie-
pietatis obviandum est Impotentiae Agrippinae. Removendi quoque; hic sunt adulatores, genus hominum. (nostro teste) publico ex-
citio repertum & perniciem nunquam satis coercitum. Cura autem enixa-
Principi danda est, ne quisquam praese, sibi proprijs colatur honori-
bus, nam præter hunc locum, & alibi Tiberium vehementer indoluisse observamus ap. Tacit. de autoritate sibi imminuta. Ita
Neronem & Drasum tam effictum coligere cerebat, licet de Domina regnatrie ortum traherent; qua propter Senatum oratione monuit, ne quis mobiles adolescentium animos prematuris honoribus extolleret.

Referunt vitæ, Philippum Macedonem iniquo tulisse ani-
mo, quod Demetrium frequentes stiparent Macedones, pulchre
Gunt. lib. 4. inquit,

Scilicet hanc in se Majestas Regia justi
Vim terroris haber, procul prope præsto vellabsens
Semper terribilis, semper metuenda suoque
Plena vigore manet, nullique impune premenda.
Creditur, & semper cunctis & ubique timetur.

Et prefecto sapienter dixit, quisquis sit. Nihil potestas Regum
valet, nisi prius valeat autoritas. Hæc equidem ab illa robur,
ut luna

ut luna à sole lucem accipit. Unde nosier toties inculcat perieutio in Agrie,
losum est, privati hominis nomen iuxta imo supra Principem at-
toli.

Hæc audita quanquam abstrusum, & tristissima quæq;
maximè occultantem Tiberium per pulere, ut Drusum fi-
lium cum primoribus Civitatis, duabusque Prætoriis co-
horribus mitteret, nullis satis certis mandatis ex re consul-
turum, &c.

Pannonicae Legiones inseditionem concederat nullis novis
causis, nisi quod mutatus Princeps licentiam turbarum, & ex Ci-
vili bello spem præmiorum ostendebat, occasio seditionum ab in-
termisfis solitis munis militaribus orta est, unde discor-
dantes inter se milites, ductore Percinio in tam fædum facinus se
principes dant, objicientes servilem, tot annorum sine num-
mis fiaem vulnera, & civitaries, sine gloria acceptas: trahi quem-
que post exercitos casus in peregrinas terras, duram hiemem, exer-
citam æstatem, bellum atrox, sterilem pacem imminentem omnibus.
Sumerent animos, & se in pristinam vindicarent libertatem. Suc-
currere. huic malo Blæsus hortando culpandoque, ejusque decer-
nitur filius Legatus, qui offerret postulata militum ad Casarem. His
auditis Tiberius movetur valde, eoque magis quò periculosior ille
motus esset novo, nec dum satis stabilito Principati præsertim si
vires acquireret eundo, ille debachantium militum furor. Ti-
mendi quoq; hac occasione erant, quos ex aliorum, honoribus
invidia invaserat, ne hac occasione quicquam molirentur. Qua-
propter hæc animo volvens, altius premis tristissima quæque, sta-
timque Drusum ad componenda hæc turbulenta mittit.

Hoc vulgi mos fert, statim in minus secundis turbari, etiam in
ijs, quæ nulla ope humana provideri possunt. Unde favor ex
fortuna pendens, cadere solet erga Principes, & difficultas in exi-
gendas Tributis, neruo bellorum non facile expedita oriri solet.
Hoc autem ut evitetur incommodum suppressum sunt atrocia, &
lapsa impigre restauranda Cæsar in bello Gallico mentionem fa-
cit, LL. in Gallia & quibusdam in locis receptum; quibus cau-
tum lib. VI.

Arcan.
novi Prin-
cipatus
cladum.
& rerum
adversarū
dissimula-
tio.

eum est, ne quis, quod de Republ. rumores & auditio[n]es attulere in vulgus spargat, sed ipsum Senatui revelet... Magistratus autem occulat ea quae velum postulant, quae vero ex usu sunt, communicare, hac ratione attentâ p[re]primis: Ne ingenia alendis se rendisque rumoribus nata, falsis terreat mentes parum circumspetas, impellantque ad consilia de summe arduis rebus capessenda... Alex. M. denunciatione mortis cladi enunciatores, terruit.

Cur. VII.

lib. 2.

**Heliodor
poët.**

III. Hist.

Curt.

Juſt. XIV.

In historia belli Lusitanici similis supp[ress]io de infelici Africana pugna & necè Sebastiani Regis legitur ap. Connestaggium. In magna[re] vero detrimentum abit res, si lapsis non prospiciatur mature, nam illa, anxia taciturnitas, nutrimentum erit malorum. Exempli in Vitellio patet, qui fractis ad Cremonā suis, cladi nuncios supprimens, dissimulatione importunissima, remedia potius malorum, quam mala ipsa distulit, de quo noſter: Consultanti vires supererant, spesque: sed è contrario leta omnia fingens, ingraueſcebat malum. Hac occasione laudari merito debent illi, qui rumores illos suppressunt, quibus spe lucri, Principum appetitus vita, cum nihil nefas sit avaritiae, moribusque improbis nullæ opes satis esse possint. Vulgabantur litteræ in castris, quibus, qui Eumenis caput ad Antigonū detulisset, maxima p[re]mia promittebatur. Eumenes cōvocata cōcione primo agit gratias p[re]sens, quod nullus in ventus sit, qui fædi p[re]mij fidei sacramentum violare voluisse. Subjicitque callidē confitas has, ad periclitandum suorum constantem animum... Hoc vacillantes in fide, deteruit, &c. in futurum tenaces fidei reddidit.

Alia Tiberio morum via, sed populum per tot annos molliter habitum audebat ad duriora vertere.

Indulserat Augustus populo iudos Augustales ita dictos obtinerans Mecenati effuso in amorem Bathylli. Hos turbaverat discordia ex certamine histrionum. Ab illis autem reducendis erat alienus Tiberij civile rebatur miseri voluptatibus vulgi, quavis Augustus fecerit. Parcebat interim Tiberius labori vulgi, metu, ne statim ad duriora ducentem indignatio & odium populi invaderent Romanos.

Lucet

Lucet suo nobis exemplo Carol. V. Imper. qui forma Flo- Novissimū Principa-
rentiae immutata, specioso, ac plausibili libertatis nomine reli- tus, populum ab ante-
cto, eandem subjicit Imperio, & mitiora preferens atrocieribus, cesseribus molliter
apud plebem sibi reservavit amorem.

Addiderat consilium coercendi intra terminum Im- perij.

Non in memor hic est: illius Augusti Tiberius, qui, cum accep-
pisset, Alexandrum annos natum XXXII. pleraque subegisse, an-
xius fuit, de materia agendi ad reliquum tempus. Mitor inquit,
Alexandrum non existimasse majoris esse opera, Imperium par- Plut. in Apop. Et.
tum constituerem bene quam parare. Potius igitur astimat Ti- Florus.
berius retinere parta in ambiguz potentiaz Imperio, & initiali do-
minatu, quia ut acquisita bene tueantur artis opus est. Ovid.
Novis enim casus ineſt, & eo periculosisor quo magis Imperij mo- Pindar. Olymp. od.
dus excedatur. Est Imperij ſuus modus quem si excedis, ruet XIII.
aut manibus alterius, aut tuis, aut etiam nullis.

Pulchre Legati Darij ad Alexand. respice quantum post te Arcanum novi Prin-
reliquoris, intuere quantum petas Periculorum & prægrave Impe- cipatus ſe intra Impe-
rium difficile eſt conſinere, quod capere non possis. Videsne rī fines contineſt
ut navia que modum excedunt regi nequeant? nescio an Darius firmare, acquisita-.
tam multa amiserit, quia nimia opes magnum iacturæ locum fa- Curt. lib. 4.
ciunt: facilius eſt quādā vincere quām tueri. Perbenē quoq; consulit lib. VI, de benef. c.
Demaratus Xerxi apud Senec. ubi diſſuadet multis oppugnare co-
pijs Graciam. Ob hoc ipsum te Gracia vincer, quia te non capit. XXXI.
Scipio Africanus cum ei tanquam censori iuſtrum condenti scriba
ex publicis tabulis, ſolenſe precationis carmen, quo dij immor-
tales, ut P. R. res meliores amplioresq; fierent, rogarabantur, ca-
neret: resp. ſatis inquit bona ac magnæ ſunt, itaque precor ut e- Valer. Max. lib. 4.
as perpetuo inolumes velint.

Cæterum Tiberio haud ingratum accidit, turbari
res Orientis, ut eaſpecie Germanicum ſuetis ſibi Legioni-
bus abſtraheret novisque Provinciis imposiſtum dolo ſi-
mul & caſib⁹ objectaret. Sed crebrls epiftolis Tiberius
monebat, rediret ac decretum triumſum ſatis jam even-
tuum, ſatis caſuum.

Quis fueris Germanicus superius expositum brevibus jam
fuit, cui bellicæ artes maximam autoritatem famamque ap. Ro-
manos conciliaverant; adhæc florentis vir ætatis, & cui favor suo-
rum, sociorumque auxilia frequentissima erant, præprimis miles,
cui, ut alibi dicit noster, in pugna oculi ardentes, vesani vultus, fu-
rentia ora. Hanc, ut supra dictum, valde timebat Tiberius, & cū
absentem artibus sibi fvetis circumvenire non posset, varie tamen
evertere allaborabat. Consilium itaque capit, & quidem hac
in parte summe laudabile, ipsum ab exercitu avocandi, 2. in alias
plena periculi provincias alegandi. Nam quia res turbarentur
orientis, his tranquillandis Germanicum fore aptissimum persua-
dere volebat senatui, mitterent modo illum Romani, visuri bre-
vi inexpedito cuncta fore; latente angue in herba, si ut ipsum
novis objectaret periculis. Haec ubi ex voto non succedunt, ad alia
mentem appellit, præsentem desiderat, sub specie militaris
honoris, uti commodius interitus adficat. Unde toti infidias in-
illum structas Tacitus passim notat, quarum non postremæ sunt:
quod curatus ap. Senatum ipsum commendarit, quo eo citius re-
vocaretur domum tanquam emeritus, & triumphalibus honoribus
dignus. Tiberio autem ad explenda facinorosæ mentis desideria
commodus, & opportunus.

Cum jasonem perditum vellet Petras Rex propter insignem
periculosamque Regno suo virtutem, denunciata militia in Col-
chos eum abire jubet: sperans interitum viri, aut ex periculo tam
longæ navigationis, aut bello tam profusa báborum licentiae Mie-
psæ idem fuit consilium, Jugurtam Numidis, quos in Hispaniam
mittebat, præfecit. Simile videri potest in Lib. 65. de Sejano, in
hoc non erimus fusiores, qui plura volet, consulat Armenian. Mat-
tel. lib. X VI. Zonaram, & alios augustæ historiae scriptores.

Arcan.
Princip.
specie Le-
gationis ho-
noris q̄z a-
mare a-
mulos.
Juf. lib. 42.
Salust. in
jugurt.
& Tacit.
12. Ann.

Nomen patriæ patris Tiberius à populo saepius in-
gestum repudiavit, &c.

Uf famam superbiæ vitet Tiberius, ab odiōsis maxime abſti-
net se honorum titulis, quā sub hac specie moderati animi favorem
Romanorum sibi conciliat. Sequitur in hoc Augustum, qui
cuncta discordijs civilibus fessa, nomine Principis sub Imperium
acceptit

acepit... In simili ludibrio fortunæ adhuc Tiberius occupatus *Tacit. I.*
merito abstinet hoc titulo, non nisi de Republica benemeritis pro-
prio. Quam autem vice versa hæc honorum immoderata sitis
principibus detimentoſa fuerit, reliqui ſmissis, Cæſaris exemplo e-
docentur apud Sueton. Illi equidem occupata Repub.
everſisque inimicis, nihil magis incendebat animum, quam illa-
ſumma enixi cultus. Quapropter non contentus Patriæ patris no-
mine, etiam perpetui dicitatoris, Regis Romani, Summi Ponti-
ficiſ tandem ipſius DEI appellationibus, ſalutari volebat. Hinc
conſpirationibus, & fini vitæ ſuæ præbuit occaſionem, fædāmque
truculentæ ſavitiæ expertus eſt mortem, regnaturus in parta felici-
tate diutius, ſi in ſummis ultima non deflexiſſet.

Id quoque morum Tiberij fuit continuare Imperia, ac plerosque ad finem vltæ in iisdem exercitibus, aut jurisdictionibus habere.

Rationem talis cōſilij ipſe Tiberius ſuppeditat. Nam quæ-
rentibus amicis cur potestates ac Imperia perpetua feciſſet Rep. *Bodin.lib.*
Mirundines qui ſanguine multo haufio rumpuntur quiescere, re-
centium moriſus eſſe acerrimos, ſic novos Magistratus multum ſan-
guiniſ ac medullarum aviditate ſumma haurire; ex veteri prover-
bio: non parcit populis Regnum breve. Hanc igitur 1. ob cauſam *4.de Rep.*
continuari Imperia voluit Tiberius 2. erat, ut illos in Magistrati-
bus conſtitutos à tot annorum decurſu ex lauta fortuna viventes,
ſibi conciliaret, meritisque continuis in ſuis partibus retineret,
quod ipſi & potens & ſecurum reddebat Imperium juxta illud no-
ſtri: nullum melius Imperii instrumentum, quam boni amici.

Platonis divina Respub. Magistratus ſemper perpetuos de-
crevit, quo firmius pŕeſtaret... Id moris quoque eſſe Persis, Egy-
ptijs, Parthis, Ethiopibus, Turcis, Muſcovitis, Polonijs, Germanijs
Francijs, Danis, Svecijs, Anglijs, Scotijs, Hiſpanijs alijſq; exceptis
paucissimiſ, ex historijs patet... Non diſputamus autem hic de Ci-
vitatum certarum moribus diversiſ. Sed quod in Monarchico fla-
tuilla continuatio Magistratum, pŕae reliquis obtineat, tantum

Arcanum
Imperijs cō-
tinuare
Imperijs
Bodin.

confirmamus, ne subditi cupiditate Imperandi excitentur, ut insig-
guiter sentit magnus Gallorum Bodinus. Ita Curia Paricorum
ordinariam ac perpetuam obtinet potestatem Bodin. teste.

Exemit etiam Drusum Consulem designatum dicen-
dæ primo loco sententiæ, quod alij civile rebantur, ne
ceteris assentiendi necessitas fieret.

Nec arcana consilij sua, statim effundat Tiberius specie civilis
ingenii Consuli Druso primū locū dicendæ sententiæ defert, quo
vitare voluit assentatorum & adulatorium studia, qui secundum il-
lud Terentij negant, quod princeps negat, affirmant, quod affirmat.
Exprimit hoc genus hominum Tacitus gravi suo dicendi modo: ne
sc. Ceteris assentiendi necessitas fieret; quo simul notat per ver-
sos aula mores, quibus voluntas Principū suprema lex est, quamve
strenue pro virtibus promovere student, qui libentius cum fortuna
Principis, quam Principe ipso loquuntur, ut noster dicit. Recte igit
tur cum Cassidioro consentit hic sententia Tiberius: eam scilicet
Regalem esse virtutem, celerius necessaria sentire, & tardius in-
verba prorumpere.

Hist. lib. I.

Arcanum
P. in sefra-
giis postre-
mo senten-
tiam dice-
re. II. A.

Dio Cass. lib. 57. de Tiberio refert, monens: Principis ani-
mum nemini cognitum esse debere, eumq; intellectum magnoru
esse malorum causam, dissimulati autem magna commoda para-
re Claudius in more habebat verba dubia, dubiamque interpreta-
tionem recipientia, ubi non erat integrum silere, pronunciare, ne
animi sui sententia paterer.

Nec aliter, sensit Imperator Leo filium suum his verbis ad-
monens: Quid factō opus sit cum multis delibera, quæ vero age-
re volueris, cum paucis communica; & ubi optimum ex omnibus
consilium cepis, apud te solum tene, ne adversarijs hoc indice-
tur, & insidijs eorum appetaris. De Comneno Imperatore Orient.
ita legitur ap. Choriatam: Princeps erat si quis alias occulti ani-
mi, qui sapientiam in dissimulando positam existimabat, raro ad-
modum quod facturus esset pra se ferebat. Laudatur hoc nomi-
ne quoque Carol. v. quod consilia sua non prius explicaret, quam
in actum deduceret. Sed hic Tiberij artes fusius deducere substi-
timus, reliquas adhuc maximas numero, in curas, commodiore
tempore recepturi. Deus secundet studia!

Ad Nobilissimum nec non Doctissimum

Dn. Authorem ac Respon-

dentem, Amicum, Sympatriotan & Fau-
torem suum pl. honorandum.

ABstrusis technis populumq; latentibus bausie
Tiberij Imperium stamina firma sibi.

Multa sefellerunt multos arcana, Tyrannus

Queis hic emunxit ere bonisq; suos.

Hac patuisse Tibi, cari dissertatio prodit,
Cui cantus Tacitus prætulit ipse facem.

Ingenij laudo fatus, quos indolis ardor

Nobilis exposuit sedulitate Tua

Ille Tui generis Virtutibus optima spendet
Omina, qua expectat spes Patria; illa precor?

honoris & amoris

ergo deproperab.

Præses.

In
TIBERIUM

Generosi

LUCAE de LINDA

JOHANNES HEINZELMANUS.

Cautissimi senecta recta TIBERI
Acerrimæ maturitatis exemplar:
Profunda Verba, temperata, suspensa,
divina; vultus jussus in recusantibus
speciem, serenus, nubilus, repertus,

Aurisque

Aurisque surda saepe visa nescire;
Mens quæ ruinam commonet supinatis,
oculata, privati loco senatoris.
Pro temporum Reique Publicæ morbo
PRINCEPS repertum sume temperamentum.
Ne pectus ergo devora Tibi soli:
Erumpit aut confunditur nimis pressum
Ne fronte vendibilem loca statum Regni:
Invisibilis ut ut videre transparens.
Nec blandioribus pate Placentinis:
Turba fenestrata luant fidem vocum.
Mysterium Tacitus, profana rimarum
plenos facessant. Vox juvat verecunda
cum spe futuræ occasionis arcetur.
Unum os duæ aures à Parente Naturæ
ad hauriendum protinus, conda reddendum.
Odia locum perdunt professæ vindictæ.
Hoc differis TIBERIO inferens lucem
Gnereſe LUCA: debitis dolis iri
Virtutis esse veritatis artisque;
ut sesquii Ulyssem Principem repræsentes.
Sellis duabus vis sedere prærupto.
Librare præcipis Valentium lumbos,
Momenta rerum, regius viis ire.
Præi, sequemur, admone Ducum Mentes
oculos & aures in Tuum inclutum pectus,
quod dedit hic liber latenter inscriptus:
ARCANA PRINCIPATUUM REVELATA.

F I N I S.

ULB Halle
002 684 632



3

VS 17

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.									
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26
Farbkarte #13	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.									

576
1835
B

IBERII
CIPATUS
FIRMANDI
RCANA.

ial. Tacit. juncto Svetonio
desumpta.

65

iro juvene Clariss. Dn.

O NEVVENFELDIO,
E FACULTATIS, (QVÆ
M EST) ADJUNCTO
DIGNISSIMO.

1

LINDA, N.P.A.&R.

ini, concivium subjecta.

48. die XXI. August.

卷之三

TE B E R G Å

~~raphica~~ JOHANNIS HAKEN.

